

4275.

1348.

Olof Ribber kungör att han till herr Gregorius och dennes arvingar sålt ett örtugland jord i Märsätra och att herr Gregorius' hustru och barn fortfarande hafva honom i sitt värn.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Allom þem þætta breff høra ok see helsar jak Olauer Ribber innerleka medh varom Hærræ. þæþ(!) see allom viterlekt, at jak hauær saalt eet örtoglan[d] jorþ ii Mærsætrom hærra Gregrose ok hans aruom fore fult værþ, sua som mik siæluom anøgde. Framaleþes see þæþ ok allom witerlekt, at sua som hærra Gregris hafde mik ii sinne verio, mæn han libde, sua taghar ok fru Katrin ok hænnæ barn mik ii sina værio. Þætta kœp war giort ii hærra Gregrosa daghum sua marghom aarom anno Domini m^occc^o quatragesimo viii sub sigillis reuerendorum virorum domini Karoli de Vendel et domini Jacobi de Berklingum proprio non habente.

På baksidan: ith ørtungh land jordh Mærsætrom.

Sigillen: n. 1 borta; n. 2 (andligt) skadadt; omskriften otydlig.

4276.

1348 Jan. 4.

Olof Jonsson i Kolhammar i Odinsbargs (Odensala) socken säljer med sina närmaste fränders samtycke till ärkebiskop Hemming i Upsala en urfjäll, belägen i Håtuna socken, för 40 mark penningar.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Nouerint vniuersi, quorum interest seu quomodolibet interesse poterit in futurum, quod ego Olauus Joonsson de Kulhambre parochia Odhinsharge in prouincia Arlæningiahundare de consensu dilecte coniugis mee Katerine Martensdotter et liberorum meorum, qui nunc, si mortis casus michi accideret, mei veri heredes existunt, videlicet Laurencii et Petri, filiorum meorum, et filie mee Cristine, necnon generi mei dilecti Siguidi in Annastadhun parochia Skeptunum vendo et vendicionis titulo cum omni jure sine excepcione qualibet in perpetuum possidendum dimitto et assigno reuerendo in Christo patri ac domino meo carissimo, domino Hemmingo, diuina prouidencia archiepiscopo Vpsalensi, quoddam prediolum meum dictum vrfiel, partim videlicet pro agro excultum, partim vero in prato existens, situm inter predia attinencia villis Sundby et Aske parochia Hatunum in prouincia Habohundare non computatum pro marcis, oris vel solidis terre, habens in parte boreali quendam vrfiel prati attinentem ecclesie beati Petri Sictunie et in parte australi quendam vrfiel eciam in prato, attinentem viro discreto Rag-

ualdo Joonsson de Hamarby parochia Hatunum memorata; in orientali autem parte quoddam prediolum dictum Bryttiahalm, attinens ville veteri Sictunie; in occidentali vero parte agros memorate ville Aske in parochia Hatunum prenotata; quod eciam prediolum in quatuor angulis suis et ad latus versus partem borialem finalibus lapidibus est a vicinis prediis separatum. Quod quidem prediolum, jam eidem domino meo archiepiscopo venditum de cognatis meis dilectis, videlicet Johanne, Michaele et Olauo filiis Hemmingi in villa Aske et parochia Hatunum predictis, rite et legaliter vero empcionis titulo acquisiui; pro quo eciam prediolo, dicto vrfiel, inter villas suprapositas Sundby et Aske in parochia Hatunum prenotata sito, recognosco me per presentes ab eodem domino meo archiepiscopo quadraginta marcas denariorum Sweue monete nunc currentis in prompta et numerata pecunia michi ad manus tradita recepisse ac plenarie percepisse. Transfero igitur in prefatum dominum meum Hemmingum archiepiscopum Vpsalensem plenum dominium et possessionem pacificam prenominatam prediolum vrfiel cum omni jure habendi, tenendi, possidendi, donandi, vendendi seu commutandi et de eo nunc et alias quomodolibet ordinandi pro sue libito voluntatis, obligans me per presentes et heredes meos pretactos et alios quoscumque michi in bonis meis jure hereditario successuros ad cauendum de euiccionem dicti predioli et qualibet eius parte domino meo archiepiscopo memorato et ecclesie Vpsalensi et ad defendendum meis et ipsorum sumptibus et expensis prediolum prefatum contra quemcumque hominem ipsum vel ecclesiam Vpsalensem inpedientem aut turbantem, quominus pretactum prediolum pacifice tenere valeant et habere. Acta fuit hec vendicio et perfecta in publico placito apud ecclesiam Hatune Vpsalensis dyocesis, et testes infrascripti, qui vulgariter fasta appellantur, super hoc recepti, videlicet Magnus dictus Siik in Skielberghum, qui in huiusmodi vendicione proloquor exstitit, necnon Karolus in Broby, Petrus Bankasson in Bardhestum, Martinus in Raby, Finuidus in Skellestum, Anuidus ibidem, Petrus in Biursta, Johannes ibidem, Siguidus ibidem, Laurencius in Aske, Anundus ibidem, Johannes ibidem, Michael ibidem, Olauus ibidem, Nicolaus in Kuthlestum, Petrus Liffosson in Nybyle, Olauus ibidem, Jacobus in Ytranybyle, Katilbernus in Kolastum, Martinus in Skielberghum, Nicolaus in Thiuthsta, Bero ibidem, Johannes Clementis in Bardhestum et Petrus in Vinagarn predicto domino meo Hemmingo archiepiscopo Vpsalensi tunc ibidem presente et testes eosdem personaliter acceptante anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo octauo quarta die mensis Januarii. In premissorum omnium igitur euidentiam et certitudinem firmiorem sigilla nobilium militum dominorum Gøzstavi Arnuijsson et Johannis Niclisson vna cum sigillis meo proprio, consortis mee predictae Katerine Martensdotter ac eorundem Laurencii et Petri filiorum meorum peto cum instantia debita apponi presentibus et affigi.

På baksidan: Littera Olaui Joonsson de Kulhambre super prediolo quodam dicto vrfiel prati vendito per eum domino Hemmingo archiepiscopo.

Sigillen: n. 1 något skadadt (styckad sköld, nedre delen klufven): . OLAVI IONS .; (jfr B. E. Hildebrand, Sv. Sigill från Medeltiden I, 3, 426); n. 2, skadadt i kanten (ett K): . . . AT . . . E MARTINSDO . . .; n. 3. (styckad sköld, öfra delen klufven): s' LA . . . NCH OLAFS: s'; n. 4 = n. 1: s' PETRI OLAFSS'; n. 5 otydligt (en stjerna): s . . . HANNIS NICLISSON; n. 6 = n. 5, men väl bibehållet (Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 645.)